

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Modus fingendi arguitas discendi, componendi- Cod.  
Ettenheim-Münster 294**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

De S. Josepho

[urn:nbn:de:bsz:31-130114](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130114)

## De S. Josepho.

Sol roseis surgebatq; equis, coelūq; serenum  
 Pingebat croceo lucidq; orbe dies.  
 Aurāq; per campos solido mansuetos ibat,  
 Ferrāq; nascentis plena viroris erat.  
 Cum Joseph lentos thalamos, somnosq; perosq;  
 surgit et inultā pectora veste tegit.  
 Barba nives, sed lana coma, vestigia firmat.  
 Supino, et in tremula est ferrea terra manu.  
 Inde citō repens IESU ad unabula passu.  
 Ter tacitā dormis IESULE voce rogat.  
 Pusio nil contra, mollis nam somnoq; oculos  
 Praeserat et clausum fidus amoris erat.  
 Velabat Pueri bysso tenuissima plantas  
 Molliculum parvi flos erat ille puer.  
 Hic stabes inelamans repetitā voce puellum.  
 IESULE non audis IESULE dulcis amor?  
 Parvus ad haec blando connivens rifit oculo  
 Neq; senis collo dulce pendit onus.  
 Ille manu strictum, nec euntem passibus equis  
 Infantem ad feris molle novale trahit.  
 Est locus, hūc unda segetū crispantq; in aurum  
 Vernāq; florentes ventilat aura comas.  
 Huc ubi pervenit senis defessq; et aestu  
 firmata promissa colligit ampla toga.



Falce dein spicas nunc has, nunc demetit illas  
Quaeq; metit Joseph sedule parve legis.  
Et modo felices lexit cantando labores,  
Et modo sudorem, qui fluit ore, levat.  
Parvulus interea furtim dilapsq; in herbas  
Funditq; et molli gramine mole premit.  
Sic campi flores media inter gramina vident  
Sic viridi è ramo poma rubere solent.  
Florum igitur gemas tenero cum vulnere caput  
Serta ait, haec Matri florida plecto mea.  
Nunc cyathis helix, nunc lilia miset,  
Et viola alternas necit in orbe rosas.  
Sed tamen incauto dum demetit ungue rosata,  
Huc! ferit incaute spina cruenta manum.  
Ita ruos atq; isto rosa facta è rubra cruce  
Namq; ferunt nixas ante fuisse rosas.  
Scilicet ut pupugit caeleste spina pedum,  
Nonne eam puduit, deniq; et erubuit!